



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony
decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis.
ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue]
docto eos digne legenti. predicanti. aut ...**

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

De sancto Johanne baptista

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

De sancto Johanne baptista

capne huius sacramenti eucharistie. ut hic dicitur. **Qualitas autem ex hac mansione recipiatur pro christi in nobis. et nostra in christo. est multiplex. Prima purgatio omnium peccatorum. Unde Johannis. xv. Omnem palmitem ferentem fructum purgabit ut fructum plus afferat. Secunda divina associatio. Unde Johannis. xv. Qui manet in me et ego in illo. Magna utilitas ex sociatione divina. Quid enim deesse poterit illi qui secum habet deum. Venerunt enim omnia bona cum illa. Sapientie. xvii. Unde Ecclesiastes. iiii. De soli salicet sine deo. Hinc Seneca. Nullus vir sine deo bonus potest esse. Tertia est fructificatio bonorum operum. Unde Johannis. xv. Qui manet in me. hic fert fructum multum. scilicet cordis per sanctas cogitationes et meditationes. oris per confessionem et gratiarum actiones. operis per penitentiam satisfactionem. Quarta impetratio peccatorum. Unde Johannis. xv. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint. quodcumque volueritis petetis et fiat vobis. Hancamus ergo in christo per huius sacramenti gratiam ut secum tandem manere possimus in celo per gloriam. Ad quam nos perducatur pater et filius et spiritus sanctus. Amen.**

De sancto Johanne baptista Sermo. XXIX

Quis putas puer iste erit. **Luce primo.** Quoniam ut ait Gregorius in libro quarto dialogorum. licet in regno celorum una sit beatitudo electorum. quam illic percipiunt. dispar tamen est retributionis qualitas. quoniam premia diversa consequuntur. Nec in merito. Dicit enim Origenes in libro **De rationalibus.** Quasi sicut in hac vita est discretio operum. in alia quoque vita erit proculdubio discretio dignitatum. ut quo hic alius alium superat in labore. illic alius alium transcendit in retributione. Nec ille. Cum itaque beatus Johannes baptista omnes mortales natos ex muliere merito transcendit. iuxta illud. Inter natos mulierum non surrexit maior Johanne baptista. Merito in primo omnes preire et excedere debuit. Ipse enim fuit famosissimus prece christi missus

ad nunciandum eius adventum. **Johannis primo.** Fuit homo missus a deo cui nomen. etc. Ipse enim fuit christi precursor ad iter preparandum. **Malachie. iij.** Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Quod ad litteram intelligitur de Johanne. ut patet **Luce. xii.** Ipse predicator ad convertendum. Ipse nuncius ad hospitium preparandum **Luce primo.** Ipse prebit ante illum. Ipse vox veritatis. **Isaie. xl.** Ego vox clamantis in deserto. Ipse propheta futura et secreta reuelando. Etiam dico vobis plus quam propheta. Ipse lucerna ardens in divina dilectione. Ipse lucens in conversatione. **Johannis quinto.** Ipse erat lucerna lucens et ardens. Siquidem talis et tanta gratia Johannis. qualis erit gloria. Si tale est meritum quale primum. Si ita est Pauli scientia que in celo vidit unicuique merito coronam congruam esse danda. ut ipse ait. Unusquisque propriam mercedem recipiet secundum suum laborem. Et si vera est sicut est immobilis christi remuneratio omnium veritas qua dicit. in domo patris sui mansiones multas esse. Non videtur propter aliud quam propter diversitatez meritorum. **Luce.** Johannis corona ceterorum coronis electorum maior est. Quo maior inter natos mulierum non surrexit. et cui veritas que coronas distribuit tamen testimonium prebuit. merito ergo admirantes nationes de eo dixerunt. **Quis putas puer iste erit.** In quibus vobis triplicem beati Johannis excellentiam considero meritorum. secundum triplicem interrogatorem. que de eius sanctitate moveri potest. ut sic querenti de eo **Quis putas puer iste erit.** Respondeam quod Johannes. scilicet est magnus in ingressu vite nate maior in processu vite gratie. maximam vitam glorie. secundum hoc triplex est testimonium trium testium ad hanc interrogatorem respondentium. scilicet humanum. angelicum. et divinum. quorum testimonium est verum. Quia quod viderunt testantur. **Joh. iij.**

Quis putas puer iste erit. **Quia** in verbis premissis honoratur excellentia beati Johannis in ingressu vite nature. Nam ipsius conceptio fuit sancta. natiuitas leta. impositio nominis miraculosa. Si ergo queris quis fuerit vir iste Johannes in conceptio. Respondet tibi angelus **Luce. i.** Quia in conceptioe ab omni labe est purgatus. Quia ex utero matris sue spiritus sanctus repletus. Et conceptioe sanctitas. **Luce.** scriptas apparuit.

Primo ex gaudio in utero matris quod cepit gaudere ad presentiam saluatoris. Nam secundum Augustinum fuit in eo acceleratus versus romam. Unde secundum Lyrum Lucam 1. quidam doctor grecus dicit Reclusus ventre miles agnouit dominum ac regem oritur. veteris regimine non obstante mystica visione insperat. non palpebris. sed spiritu secundo testimonium sue sanctitatis apparuit quod in eodem utero cepit prophetare. Prophetavit enim per os matris. Unde dicit Crisostomus. In eo quod Elizabeth cognouit christum conceptum in utero virginis. ut dicitur Lucam 1. eodem etiam spiritu sancto Elizabeth nomen eius scivit. quod a marito muto scire non potuit. ut ibidem dicitur. Tertium testimonium sue sanctitatis in conceptio apparuit in hoc quod contra naturam ex senibus pencebus et sterili matre conceptus est. Unde quod natura non potuit gratia sanctitatis effecit. Et hoc patet secundum Lyrum quod eius conceptio fuit aliquo modo miraculosa. Quia non fuit per naturam tantum. sed etiam per naturam statim gratia diuina adiuta. quod ambo parentibus obstabat senectus. sed matri cum hoc sterilitas. Secundo eius natiuitas fuit leta. Leticia autem eius predictit angelus Lucam 1. dicens Erit tibi gaudium sicut in matre interius. et exterius exultatio. Dicit enim exultatio quasi extralatio. Et hoc est proprie tunc quando gaudium est tantum interius quod non potest bene prineri quando apparet exterius. Erat autem gaudium triplici persone. Primo patris. quod ipso nato apertum est os Zacharie et prophetavit dicens. Benedictus dominus deus israel. Unde sic in conceptio matrem fecit prophetare. sic in natiuitate fecit patrem prophetare. Secundo erat matri Elizabeth. quia per hanc natiuitatem liberata fuit ab opprobrio et maledictione sterilitatis. Sic ipsa de se ait. Quia sic fecit mihi dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines Lucam 1. Tertio gaudium erat omnibus cognatis eius. quod audientes quam magnificauit dominus misericordiam suam in Elizabeth. Magnas enim misericordias ei fecit auferendo sterilitatis opprobrium. et dando ei tantum ac talem filium. sic nunciatum mirabiliter. et conceptum supernaturaliter. et gratulabantur ei. Nec solum cognati sed etiam multi extranei gaudebant de natiuitate eius. ut dicitur Lucam 1. Multi in natiuitate eius gaudebant. Quod ad hanc etiam hodie videmus compleretur. Quia dies sue festiuitatis non solum festinatur a christianis sed etiam a sarracenis. ut dicit Lyrus. Unde in honore eius semper tenetur lapidum ut dicit quidam doctor. Tertio impositio

nomis eius fuit miraculosa. quod cum cognati circumcidentes puerum vellent ei imponere nomen patris. scilicet Zacharias. mater spiritu sancto docta a nullo hominum informata contradixit dicens. Nequaquam. sed vocabitur Iohannes. et tandem pater scriptura approbavit. Et sic patet et misericordiam concordauerunt in impositione nominis contra consuetudinem solitam. quia solebant parentes imponere nomen patris in circumcissione. Iohannes interpretatur gratia. Et merito sibi tale nomen imponitur. quod ipse christum manifestaui. per quam veritas et gratia facta est. ut dicitur Iohannem 1. Magna est tori mudo et Iohanne plura gratia. quam per viam gratie predicauit. et tandem atrocem gratie demonstrauit. Et si quis quare gratiam predicauit. Audi illud eius preconium gratie. Quod habet Matthaeum 23. Penitentiam agite appropinquabit vobis regnum celorum. id est. gratia qua itur ad regnum celorum.

Dixi secundo quod in verbis premissis notatur quod beatus Iohannes fuit maior in processu scilicet in vita gratie. Nam vita eius ab infantia sua usque ad mortem eius multum erat dura et excellens quodammodo super humanam facultatem. Statim autem sue sanctitatis in progressu vite gratie triplex fidei approbat testimonium. Unum ad questionem quod quiritur quis est Iohannes in vita gratie. Primo rident pater Zacharias spiritu prophetico. Et tu puer propheta altissimi vocaberis. Propheeta autem non quilibet sed prophetarum vltimus. Et sic prophetis dignior et nobilior est. quod finis dignior et nobilior est ordinatus in fine. Unde dicitur de eo. Lex et propheta usque ad Iohannem. Lucam 16. Non quod lex et prophetie tunc cessauerint. sed quia tunc perfectio euangelica predicari incepit. que inducit ad contemptum temporalium propter amorem spiritualium et celestium tanquam propter manifestum bonum expedientius consequendum. Et quia hoc est difficile et quasi contra naturam ut quis contemnat temporalia. ideo christus dicit. Tales bonorum temporalium propter bona eterna preceptores sunt violenter rapietes celum. Quia quasi quandam violentiam eis contra naturam inferunt. ut dicit Lyrus. Fuit autem beatus Iohannes eximius prophetarum. quod quod predicavit verbo monstrauit digito. Secundo pater eius dicit eum percursorum. cum addit. Preibitis enim ante faciem domini parare vias eius. Quod etiam angelus nunciavit dicens.

De sancto Iohanne baptista

Ioseph bibit ante illuz in stute et spu Delye. parare dno plebe pfecta. vbi describit eum siles Delye. Primo ppe similitudinez vite. qz vterqz vitit in austeritate vite et vestit. Austeritatis vicius fuit marie. eo qz vt dicit **Math. iij.** Esca eius erat locusta. Que fm **Lyra** et **Horra** sunt aialia pua volancia p modū saltu et reperiunt in deserto iudee. et frica cum oleo sunt cibi pauper. et mel silue stre. Hoc mel reperiebat in truncis arbor. **Ibidē** dicit tñ et **Horra** et **Lyra**. qz ibi fuerit arbores habētes lata folia et rotūda lacrei coloris. et mellei saporis qz nasa fragilia manibus pterunt et edunt. et habēt sapore qsi mellis. talibz vescebat scūs Iohannes. Et ista fuit eius austeritas qntū ad cibū. **An-** austeritas potus patet **Luce. j.** vbi dicit. **Vinū** et sicerā nō bibit. i. quēqz potū inebriatiū fm **Lynam**. Erat autē nazare. i. psecrat. dno p totā vitam suā. ideo ab omī inebria rione abstiniit. Sicut nazarei in veteri lege tpe separōis. vt habet **Nūeri. vi.** capitulo. Dicit em **Hugutio.** qz nazare idem ē qd sanctū vel mūdus. Nazare em dicebat qui sanctā comā nutrebat et nihil paminatū recipiebat. abstiniens se a vino et sicera. que mentez ab integra sanitate puerit. Unde sicera est omīs potatio qz extra vinū inebriat. cuius nomē licet hebreū sit. tñ latinū sonat. pzo eo qz succo frumētū vel pomoz pfi citur. aut palmar. succus in liquore extoz q tur. Decille. Et sic ceruicia nra dicebat pōt dici sicera. Austeritas vestit. eius patet. qz habuit vestē de pilis cameloz factā. vt dicitur **Math. iij.** Et zonā pellicā circa lumbos de pelle cruda et pilosa. **Un** recte com gabaē Delye. **De q. iij.** Reg. j. Vir pilosus et zona pellicea accinct. remibz. et p talē austeritate vite parabat **Iohānes** viam dno in cordibz fidelū. **Nā** vt dicit **Math. iij.** Tūc id est. vīsa tali vita in sanctitate exibat rota hierosoloma. i. pplus de ierlm. et omīs iudea id est. multi. et baptisabant in iordane. cōfiteutes peccata sua. **Ubi** dicit **Lyra**. qz iste baptismus **Iohānis** ad h. erat ordinat. quasi quedam pparatio et pfiguratio baptismi ipi xpi de primo veteri. **Tertio** pater ei dicit eū doctozē salutis. **Unde** addit. **Ad dādā** sciaz salutis plebi ei. i. missus es ad p dicandū salutē fiendā p xpm. p quā sciam parabat etiā dno plebe pfectam. scz p euāgelij susceptionē. **Unde** de eo potest dici il

lud qd dicit dñs p ppham. **Filie syon** exultate et letamini in dno deo vro. quia dedit vobis doctozē iusticie **Iohel. ij.** **Secūm** testimoniū de sanctitate vite gratie sue est iudaici populi. **Et** hoc triplr. **Primo** per h. qz ppter eius sanctitate vite et fame celebri tate iudei ipm xpm credebāt. **Un** miserū ad eū ab hierosolimis vt interrogarent eū **Tu** qz es **Ioh. j.** vt habet. **Quā** credulitate ver. amator veritatis hūiliter refellit. **Non** sum inqt ego xps. **Non** sum ppheta. scz ille que putatis. **Secūdo** h. idē pz p h. qz sine miraculis est accept. **Lum** em videre tur quasi nouū cultū et statū pdicare et inducere. et nullū miraculū ad h. pbandū induceret. necesse fuit vt eius vita tāte sanctitatis esset et insuspiciabil. vt null. inde dubitare possz. **Tertio** qz licet xps fuerit marie scitatis. et vite ppatissimē et austerissime. iudei tñ ppara vite austeritate vt iulqz. pferēbāt **Iohannē** xpo. **Un** et dicit. **Quare** nos et discipuli **Iohis** ieiunam. cui autē discipuli nō. **Hec** solū in vita sed etiā post mortē ipi ppter cōpatōem sanctitatis vite xpm assimi labāt iohāni. **Un** et herodes dicebat. **Quē** ego decollauī **Iohannē** ipse surrexit a mortuis. et virtutes opant in eo. **Per** h. xps credebāt **Iohes** eo qz scūs **Iohes** fuit mire sanctitatis. **Tertū** testimoniū dicitate vite sue grē est euāgelitaz. pphaz et saluatoris. **Testimoniū** euāgelitaz ē fidelissimū. **Testimoniū** pphaz ē firmissimū. **Testimoniū** saluatoris ē excellētissimū. **De** pmo scz dicitur testimoniū euāgelitaz ē sciendū qz oēs quoz euāgeliste pfitēt et scitātē. **Nā** **Mathe.** de scribit eū vt ypocritaz rephēsozē **Mat. iij.** vbi rephēdes phariseos dicit. **Progeni** es viperaz qz dmostrabit vob fugere a vtura ira. **Est** nasa vipe fm **Cryf.** **Lū** mor det ad aquā fugit. s. si aquā n. inēt moriet. **Et** ē a foris picta et int. venenosa. **Sic** isti ad iohis baptismū currebāt p. scā mortifera aliqū vt cōmodū assequerēt. vt piculū mortis solum euaderent. tamē a foris erat pulcri. intus autē veneno pleni. **Secūdo** **Parcus** describit eū tanqz penitentie pdicatozem. **Parci. j.** vbi dicit. **Erat** **Iohānes** in deserto pdicans baptismū penitentie. **Hoc** ē. qz p. dicabat baptismū dandū p xpm in primo veteri. vt dicit **Lyra**. **Tertio** **Lucas** dicit eū tāqz salubzē pfultozē. **Nam** cui libet statū pfuluit salubziter. vt patet **Luce. iij.**

Nam turbis consuluit. Qui habet duas tu-
 nicas. ut vna non habent. Ubi consulit oibus
 quibuscumque supponit vestimenta. considerata
 puenienti necessitate status persone secundum litteram
 ut dent talia supflua. Item publicanis et
 collectoribus censuum qui solent esse prouisi ad
 plus colligendum quam sit eis mandatum. et quod
 est amplius eis remanet. consuluit. ne plus
 quam est eis mandatum exigant. Item militibus.
 ne aliquem percutiant. sed comprimendo paupe-
 res et eos despiciendo. neque calumniando. sed
 ne imponerent falsum crimen diuitibus et
 potentibus ut occasione torquendi bona eorum
 haberent. quia per aliam viam a talibus bona ca-
 pere non possunt. sed aut contenti estore stipen-
 diis vestris. que dabunt eis ab imperato-
 re. pro labore militie que debent sustinere in
 defensione patrie. Nam secundum Liram reddunt
 quos habent multi milites pro homines sibi sub-
 ditos habent loco stipendiorum. et ideo debent
 esse contenti. Quarto Johannes describit
 eum tanquam supne lucis percursorem. Johan. i.
 vbi dicit. Fuit homo missus a deo. cui nomen
 erat Johannes. Sic venit in testimonium
 ut testimonium perhiberet de lumine. Fuit
 autem ista missio secundum Liram. non solum pro interna
 missione sed etiam pro exteriori dei missione et
 operatio exteriori. huiusmodi operatio non
 fit scriptura. Unde idem Johannes dicit de se
 Joh. i. Qui misit me baptizare in aqua ille
 mihi dixit. Super quem videris spiritum descen-
 dentem etc. Ecce nobilissimum esse testem supni
 luminis. i. filij dei. Secundo testimonium
 prophetarum fuit firmissimum. Nam Isaias san-
 ctificatus in utero dicit Isa. xl. Vox clama-
 tis in deserto. Spiritus enim clamauit quasi ver-
 bum dei patris. pro Johanne tanquam pro vocem.
 Quia sicut vox verbum precedit. sic Johannes
 percurserat saluatores. Secundo Jeremias
 dicit eum prophetam datum gentibus quantum ad exem-
 plare conuersationem Jer. i. Prophetam in gen-
 tibus dedi te. Tertio Malachias dicit eum
 angelum propter puritatem et officij nobilitatem
 Malach. iij. Ecce ego mitto angelum meum
 ante faciem tuam. Et idem spiritus allegat Mat. xij.
 et Luc. viij. Quarto accedit testimonium christi.
 qui dicit eum omnium maiorem inter natos mu-
 lierum.

Dixi tertio quod beatus Johannes
 fuit maximus in vi-
 ta glorie citra christum et eius matrem ut pie cre-
 dit. Est autem duplex gloria in vita eterna. vna

communis. et alia singularis primij eterni. Pri-
 ma vocat primium substantiale. Secunda vocat
 primium accidentale. Prima compat corone
 auree Secunda aureole. Considerando igitur in
 beato Johanne primium essentiale habet coro-
 nam septuplicem scilicet statum nate angelice. status
 innocencie. statum patriarchalis. statum pontificalis
 statum regalis. et statum prophetalis. Et isti sunt sex
 statum qui precesserunt christum. Habet etiam coronam
 statum qui sequuntur christum. scilicet apostolorum. martirum.
 professorum. doctorum. virginum. et religiosorum. Et
 sic habet coronam duodecim stellarum. Quo ad
 primam coronam auream dicit in psalmo. Corona au-
 rea super caput eius. Sed ad secundam auream
 auream dicit. Posuisti domine super caput eius co-
 ronam de lapide preciosi. Unde non solum posita
 est corona sed etiam de magna corona. quia ma-
 gna est gloria eius in salutari tuo. gloriam et
 magnam decorem impones super eum. Unde de
 ipso potest dici illud. Quoniam puenisti eum in be-
 nedictionibus dulcedinis. posuisti in ea etc. etc.
 Non enim vna benedictio benedictio est aut puen-
 tus sed pluribus. Nam magna fuit puentio
 in amotione culpe etc. etc. etc. Benedictio
 illi quasi fluit in undabit. quod scilicet lauer fordes
 Unde bene dicit. puenisti. scilicet ab imunitate
 peccati ante ortum in mundum abluisti. quo nos
 omnes sedamur. et quasi maledictione puenimur.
 Est tamen differentia inter ipsum et christum. Quia
 christus etiam ante preceptores fuit puenit ab imu-
 nitate peccati. sed Johannes post preceptores
 ante matrem natiuitatem suam. Secundo puentus est
 in collatione gratie. Beati. etc. etc. etc. Det tibi deus
 de roze celi et de pinguedine terre abundan-
 tia. Sed quod parum fuit dare donum gratie nisi
 si etiam daret donum pro quod seruariet gratiam.
 Ideo puenit eum in seruatione gratie. Dicitur.
 etc. etc. Benedictio illius qui apparuit in ru-
 bo veniat super caput Ioseph. Sed quia
 parum esset conseruare gratiam equaliter
 cum ceteris nisi etiam multiplicaretur eadem
 gratia. ideo puenit eum in benedictione
 multiplicando gratiam. Hebreorum sermo.
 Terra sepe venientes super se bibens im-
 brem et germinans herbas oportuna illis
 a quibus colitur accipit benedictiones a deo. Io-
 hannes. Benedictiones dabit legislator. ibunt de-
 frute in frute. Sed quia ista omnia pro nobis
 lo valerent si deesset largitas glorie. Ideo
 deus beato Johanni maiorem contulit
 his omnibus benedictionibus. sed in gloria largi-
 tione etc. etc. Benedictio dei in mercede

De sanctis Petro et Paulo

insti festinat. Nec sunt benedictiones dextre
quas vocat merito benedictiones dulcedi/
nis. Sinistre amaritudinis sunt que con/
sistunt in collatione dignitatum et dicitur. **Da**
bet autem sanctus Johannes excellentissimam
coronam aureole inter ceteros sanctos. eo quod
simul collectas habet tres aureolas. scilicet
virginum. martirum. et doctorum. Virginum quia
fuit carnis sue exterius mortificator. ut patet
ex vite austeritate superius deducta. **Se**
cundo doctorum. quia fuit predicator tam in/
deorum quam gentium. Quia romanis militibus
qui tunc erant gentilius mortificator. ut patet
per Pilatum. formam vivendi predicavit. et diver/
sos status informavit ut superius dictum est.
Tertio martirum. quia intrepide caput gla/
dio submisit. Ideoque magna est gloria eius in
salutari typo deus etc.

De sanctis Petro et Paulo

Sermo. XXX

Beatus es Simon
petre. **Matth. xvi.** Si iuxta apo/
stolorum laus et honor debet omni
credenti in christum. ut dicit **Roz. ij.** Quanto ma/
gis laus et honor debet illis qui non solum ipsi
crediderunt in christum veraciter. sed etiam pluri/
mos ad credendum in christum induxerunt. Lu/
cino di fuerunt isti duo sancti apostoli **Pe**
trus et Paulus. quorum hodie solennia cele/
bramus. qui inter apostolos primatum ob/
tinet. ideo quia maiora pro fide christi pertule/
runt certamina. **Merito igitur beatus Pe**
trus meruit a christo audire inter ceteros ver
ba thematis nostri. Beatus es simon **pe**
tre. In quibus verbis beatus Petrus excellen/
tissime redditur commendabilis ex eius sin/
gulari dignitate. Non enim a creatura sed a
creatore et accepit testimonium. **Christus enim**
nouit in homine quid sit. **Unde dicit Iob.** Et
ideo quia novit corda et renes et abscondita
cordis scrutatur. falli et decipi non potest. **Cum ergo**
Petro dicit. Beatus es simon **petre.** comen/
dat Petrum non pro ceteris singulariter sed pro
ceteris excellenter. **Triplex igitur comen**
datur in verbis nostri thematis. propter tres
causas. ex quibus merito dici potest beatus.
Primo namque redditur commendabilis et ve/
nerabilis tanquam omnia pro christo relinquens
cum dicitur. **Beatus es.** **Secundo** redditur com/
mendabilis et venerabilis tanquam christum
fideliter confitens. cum dicit **Simon.** **Hy**

mon enim interpretatur confitens. **Tertio** red/
ditur commendabilis et venerabilis tanquam
christum ardentem diligens. cum dicit. **Petre.**
Petrus enim interpretatur cognoscens vel di
ligens.

Quia **Quia** **Quia**
Dixi primo quod beatus Petrus
redditur comen/
dabilis et venerabilis tanquam omnia pro christo
relinquens. cum dicit. **Beatus es.** **Circa**
quod sciendum. quod licet ceteris sanctorum debet
beatitudo. tamen precipue paupertati voluntarie.
Unde licet beati sint misericordes. quod ope/
ribus misericordie insistentes multa pro deo di/
miserunt. **Iuxta illud.** **Dispersit dedit pau**
peribus. **De quibus dicit.** **Beatus** qui intelligit su/
per egenum et pauperem. **Nullus tamen beatorum**
est qui omnia simul pro christo reliquit. ut christus
expeditius sequeretur. **Secundo infero** quod re/
linquentes pro christo propria in beatitudine glorie
propinquiores christo erunt. et quodammodo ceteris
digniores apparebunt. **Istud patet per illud**
Matth. xix. **Uos qui reliquistis omnia et**
secuti estis me. in regeneratione cum sederit fi/
lius hominis in sede maiestatis sue. **sedebunt et vos**
super sedes iudicantes duodecim tribus israel. **Ibi**
apparet quod eis promittitur ista duo. **scilicet iuxta se ses**
sione. cum dicit. **Cum sederit filius hominis sedebunt et**
vos. **Secundo iudicantia preste pro approbatione**
cum dicit. **Judicantes duodecim tribus israel.** **Unde Iob**
xxvj. **Judicium pauperibus tribuit.** **Cum ergo beatus**
petrus pro christo omnia reliquit ut dicit. **Matth. xix.** **nec**
solum reliquit voluntarie sed etiam promptissime et fa
cilime. **Alia** ut ibidem dicit. **quod mori ut voce dei**
audiret relicta omnia cum fratre Andrea secu
tus est christum. propter quod appellatur est **Symon**
id est obediens. **Certe magna obedientia**
nihil enim dixit. inducias nullas petiit. im/
possibilitatem non allegavit. **Unde admiratur**
Gregorius. omnia super **Mattheum** dicens. **Ad**
unius insessionis voce Petrus et Andreas
relictis omnibus secuti sunt christum. **Nulla enim**
adhuc miracula facere viderat. **nihil ab eo**
de primio eterne retributionis audierant. et
tamen ad unum dei preceptum hoc quod possidere vide/
bant obliti sunt. **Et quod ibidem Gregorius.** **statim**
nostra arguit inadvertentiam et negligentiam
dicens. **Quanta nos miracula eius vidimus.**
quod flagellis affligimur. **quantis minarum aspe**
ritatibus deterrimur. et tamen vocante sequi con/
temnimus. **Et post pauca.** **Quid igitur in eius**
iudicio dicaturi sumus. qui ab amore mundi
nec preceptis nec verberibus deterrimur.